

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Voluntas z cum uariis

Sola interdum bona uoluntas sufficit. Cetera non prosunt si sola defuerit, cetera quidem uita, sensus, uel appetitus, nec miserum per se faciunt, nec beatum. Alioquin et arbores ex uita et pecudes eciam ex reliquiis duobus uel miserie possent esse obnoxie, uel ydonee beatitudini quod omnino impossibile est. Communem habentes uitam cum arboribus, sensum uero et appetitum et eque uitam cum pecoribus, id quod dicitur uoluntas nos ab utrisque discernit.

Bernardus libro de libero arbitrio.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Sola...defuerit] Voluntas sola in rationali creatura miseriae siue beatitudinis capax est V² L¹ L²; defuerit] fuerit C; quidem] siquidem id est V² L¹ L²; uitam] siquidem *add.* V² L¹ L²; discernit] differunt (*cor. ad* discernunt) M